

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

- 1 cum quis ad te adulator accesserit, dicito: 'vis tu ista verba, quae iam ab alio magistratu
2 ad alium cum lictoribus transeunt, ferre ad aliquem, qui paria facturus vult, quicquid
3 dixerim, audire? ego nec decipere volo nec decipi possum: laudari me a vobis, nisi
4 laudaretis etiam malos, vellem.' quid autem necesse est in hoc descendere, ut te petere
5 comminus possint? longum inter vos intervallum sit. cum cupieris bene laudari, quare
6 hoc ulli debeas? ipse te lauda, dic: 'liberalibus me studiis tradidi. quamquam paupertas
7 alia suaderet et ingenium eo duceret, ubi praesens studii pretium est, ad gratuita carmina
8 deflexi me et ad salutare philosophiae contuli studium. ostendi in omne pectus cadere
9 virtutem et eluctatus natalium angustias nec sorte me sed animo mensus par maximis
10 steti. non mihi in amicitia Gaetulici Gaius fidem eripuit; non in aliorum persona
infeliciter
11 amatorum Messalina et Narcissus, diu publici hostes antequam sui, propositum meum
12 potuerunt evertere: cervicem pro fide opposui, nullum verbum mihi, quod non salva
13 bona conscientia procederet, excussum est; pro amicis omnia timui, pro me nihil, nisi
14 ne parum bonus amicus fuisset. non mihi muliebres fluxere lacrimae, non e manibus
15 ullius supplex pependi, nihil indecorum nec bono nec viro feci. periculis meis maior,
16 paratus ire in ea, quae minabantur, egi gratias fortunae, quod experiri voluisset, quanti
17 aestimarem fidem (non debebat mihi parvo res tanta constare); ne examinavi quidem
18 me diu (neque enim paria pendebant), utrum satius esset me perire pro fide an fidem
19 pro me; non praecipiti impetu in ultimum consilium, quo me eriperem furori potentium,
20 misi. videbam apud Gaium tormenta, videbam ignes, sciebam olim sub illo in eum
statum
21 res humanas decidisse, ut inter misericordiae opera haberetur occidi - non tamen ferro
22 incubui nec in mare aperto ore desilui, ne viderer pro fide tantum mori posse.' adice
23 invictum muneribus animum et in tanto avaritiae certamine numquam suppositam
24 manum lucro, adice victus parsimoniam sermonis modestiam, adversus minores
25 humanitatem, adversus maiores reverentiam.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Bestimmen Sie die syntaktische Funktion der Konjunktive in den Zeilen 3, 9, 17, 19, 22,

23, 26!